# ELEGÍA IX

## ELEGIA IX

Quid mihi, si fueras miseros laesurus amores,
foedera per divos, clam violanda, dabas?
a miser! et si quis primo periuria celat,
sera tamen tacitis poena venit pedibus.
Parcite, caelestes: aequum est impune licere
numina formosis laedere vestra semel.
Lucra petens habili tauros adiungit aratro
et durum terrae rusticus urget opus;
lucra petituras freta per parentia ventis
ducunt instabiles sidera certa rates.
Muneribus meus est captus puer. At deus illa
in cinerem et liquidas munera vertat aquas.

## ELEGÍA IX

¿A qué tu amor jurarme por los dioses
Si violas en secreto tus promesas?
¡Ah, mísero! aunque ocultes tus perjurios,
Irá, aunque tarde, tras de ti la Pena.
Mas perdonadlo, ¡oh dioses! una falta
Justo es que se perdone á la belleza.
Afán de lucro al labrador decide
Con el arado á cultivar la tierra,
Y de lucro el afán, la frágil nave
Sobre los mares procelosos lleva;
Así á Marato con presentes ganan;

Iam mihi persolvet poenas, pulvisque decorem
detrahet et ventis horrida facta coma.
Uretur facies, urentur sole capilli,
deteret invalidos et via longa pedes.
Admonui quotiens, «auro ne pollue formam:
saepe solent auro multa subesse mala.
Divitiis captus si quis violavit amorem,
asperaque est illi difficilisque Venus.
Ure meum potius flamma caput et pete ferro
corpus et intorto verbere terga seca.
Nec tibi celandi spes sit peccare paranti:
est deus, occultos qui vetat esse dolos.
Ipse deus tacito permisit leve ministro
ederet ut multo libera verba mero:
ipse deus somno domitos emittere vocem
iussit et invitos facta tegenda loqui.»
Haec ego dicebam: nunc me flevisse loquentem,
nunc pudet ad teneros procubuisse pedes.
Tunc mihi iurabas nullo te divitis auri
pondere, non gemmis, vendere velle fidem,
non tibi si pretium Campania terra daretur,
non tibi si Bacchi cura Falernus ager.
Illis eriperes verbis mihi sidera caeli
lucere et puras fulminis esse vias.
Quin etiam flebas: at non ego fallere doctus
tergebam umentes credulus usque genas.
Quid faciam, nisi et ipse fores in amore puellae?



¡Que el Amor en cenizas los convierta!
Te veré castigado; el viento dañe
Tus cabellos y el polvo tu belleza;
Que el sol queme tus rizos y tu rostro,
Que lastime tus pies tu larga senda.
¡Cuántas veces le dije: «tu hermosura
No manches con el oro, la riqueza
Suele el mal ocultar; con quien se vende
Inexorable y cruel Venus se muestra;
Mejor con llamas mi cabeza abrasen,
Mi espalda azoten y mi cuerpo hieran.
No tus traiciones ocultar esperes,
Las perfidias un dios ocultar veda;
Permite un dios que de los criados, uno,
Ebrio, las cuente con palabras sueltas;
Que alguien dormido, sin querer, las diga
El mismo dios por nuestro bien lo ordena.»
Así le hablaba ante sus pies llorando. . . .
Hoy ¡cuánto el recordarlo me avergüenza!
Me jurabas entonces que á ninguno
Venderías mi amor por sus riquezas,
Aunque te diese la Campania en pago,
Ó el campo de Falerno te ofreciera;
Dudado hubiese, oyendo tus palabras,
Que incendia el rayo y brillan las estrellas!
Pero además llorabas, y yo, ¡crédulo!
Hasta enjugaba tus mejillas tiernas.
Si á una niña no amases, ¿qué no harías?

sit precor exemplo sit levis illa tuo.
O quotiens, verbis ne quisquam conscius esset,
ipse comes multa lumina nocte tuli!
Saepe insperanti venit tibi munere nostro
et latuit clausas post adoperta fores.
Tum miser interii, stulte confisus amari:
nam poteram ad laqueos cautior esse tuos.
Quin etiam attonita laudes tibi mente canebam,
et me nunc nostri Pieridumque pudet.
Illa velim rapida Vulcanus carmina flamma
torreat et liquida deleat amnis aqua.
Tu procul hinc absis, cui formam vendere cura est
et pretium plena grande referre manu.
At te, qui puerum donis corrumpere es ausus,
rideat adsiduis uxor inulta dolis,
et cum furtivo iuvenem lassaverit usu,
tecum interposita languida veste cubet.
Semper sint externa tuo vestigia lecto,
et pateat cupidis semper aperta domus:
nec lasciva soror dicatur plura bibisse
pocula vel plures emeruisse viros.
Illam saepe ferunt convivia ducere Baccho,
dum rota Luciferi provocet orta diem:
illa nulla queat melius consumere noctem
aut operum varias disposuisse vices.
At tua perdidicit: nec tu, stultissime, sentis,
cum tibi non solita corpus ab arte movet.
Tune putas illam pro te disponere crines



¡Que tu ejemplo siguiendo, esquiva sea!
¡Cuántas noches llevé yo las antorchas
Para que nadie tu coloquio oyera!
Debísteme á menudo que te abriese
Cuando oculta te oyó tras de su puerta.
¡Necio pude esperar que me amarías!
Más cauto debí ser con tus promesas.
Y además yo canté tus alabanzas
Y hoy por mí y por las Musas me avergüenza.
Vulcano manda que mis versos queme,
Que arroje al río la ceniza ordena.
Tú vete, ya que vendes tu hermosura,
Y amas de oro llevar las manos llenas.
Y tú, que á un joven á comprar te atreves,
Burle tu esposa tu confianza ciega;
Que ella se acueste, lánguida, contigo
Cuando á otro joven extenuado hubiera;
Que las huellas se miren en tu lecho,
Y esté á todos tu casa siempre abierta.
Que no pueda decirse que tu hermana
Á más hombres agote y que más beba,
Aunque duren sus báquicos festines
Hasta que el día Lucifer encienda.
¡En placeres más varios y amorosos
Nadie mejor sus noches consumiera!
Y allí aprendió; cuando su cuerpo mueve,
¡Necio! ¿no ves el arte que despliega?
¿Juzgas que por ti riza sus cabellos,

aut tenues denso pectere dente comas?
Ista haec persuadet facies, auroque lacertos
vinciat et Tyrio prodeat apta sinu?
Non tibi, sed iuveni cuidam vult bella videri,
devoveat pro quo remque domumque tuam.
Nec facit hoc vitio, sed corpora foeda podagra
et senis amplexus culta puella fugit.
Huic tamen accubuit noster puer: hunc ego credam
cum trucibus Venerem iungere posse feris.
Blanditiasne meas aliis tu vendere es ausus
tune aliis demens oscula ferre mea?
Tum flebis, cum me vinctum puer alter habebit
et geret in regno regna superba tuo.
At tua tum me poena iuvet, Venerique merenti
fixa notet casus aurea palma meos:
«Hanc tibi fallaci resolutus amore Tibullus
dedicat et grata sis, dea, mente rogat.»



Que por ti con un peine los sujeta,
Que por ti viste púrpura de Tiro,
Y que áureos brazaletes por ti lleva?
No ama por ti ser bella, por el joven
Á quien hoy sacrifica tus riquezas.
Y no lo hace por vicio, que el abrazo
De un anciano gotoso huír anhela.
¿Y á tal hombre Marato unirse pudo?
Él ha de unir á Venus con las fieras.
¿Y á otros vender pudiste mis caricias?
¿Mis besos á otros diste en tu demencia?
Cuando otros reinen en el reino tuyo,
Cuando á otros ame, llorarás. Tu pena
Ha de alegrarme y en honor de Venus
En áureo escudo grabaré: «Te ruega
Ya de un amor falaz libre, Tibulo
Que ¡oh diosa! para él propicia seas.»

# ELEGÍA X

## ELEGIA X

Quis fuit, horrendos primus qui protulit enses?
quam ferus et vere ferreus ille fuit!
Tum caedes hominum generi, tum proelia nata,
tum brevior dirae mortis aperta via est.
An nihil ille miser meruit; nos ad mala nostra
vertimus, in saevas quod dedit ille feras?
Divitis hoc vitium est auri; nec bella fuerunt,
faginus astabat cum scyphus ante dapes.
Non arces, non vallus erat, somnumque petebat
securus varias dux gregis inter oves.

## ELEGÍA X

¿Quién ¡ay! las armas inventó el primero?
Fué de hierro y crüel quien tal hiciera;
Que hay desde entonces guerras y homicidios,
Y á la Muerte acortósele la senda.
Mas no culpable él fué, que en nuestro daño
Usamos lo que él dió contra las fieras.
El oro fué la causa; guerras no hubo
Cuando de haya fué el vaso de las mesas,
Y sin muros ni fuertes, resguardado
Durmió el pastor enmedio á sus ovejas.

Tunc mihi vita foret, vulgi nec tristia nossem
arma nec audissem corde micante tubam.
Nunc ad bella trahor, et iam quis forsitan hostis
haesura in nostro tela gerit latere.
Sed patrii servate Lares: aluistis et idem,
cursarem vestros cum tener ante pedes.
Neu pudeat prisco vos esse e stipite factos:
sic veteris sedes incoluistis avi.
Tunc melius tenuere fidem, cum paupere cultu
stabat in exigua ligneus aede deus.
Hic placatus erat, seu quis libaverat uvam,
seu dederat sanctae spicea serta comae:
atque aliquis voti compos liba ipse ferebat
postque comes purum filia parva favum.
At nobis aerata, Lares, depellite tela,
hostiaque e plena rustica porcus hara.
Hanc pura cum veste sequar myrtoque canistra
vincta geram, myrto vinctus et ipse caput.
Sic placeam vobis: alius sit fortis in armis,
sternat et adversos Marte favente duces,
ut mihi potanti possit sua dicere facta
miles et in mensa pingere castra mero.
Quis furor est atram bellis arcessere mortem?
imminet et tacito clam venit illa pede.
Non seges est infra, non vinea culta, sed audax
Cerberus et Stygiae navita turpis aquae:



¿Por qué no viví entonces? nunca miedo
Me causara el clarín, ni espadas viera;
Hora á la guerra voy, y el enemigo
Ya el dardo que ha de herirme tal vez lleva.
¡Lares, salvadme! habéisme alimentado
Cuando de niño á vuestros pies corriera;
No el ser hechos de palo os avergüence,
Que así mis padres en su hogar os vieran,
Y fué mayor la fe, cuando en las chozas
Adoráronse dioses de madera.
Uvas os daban por teneros gratos
Y guirnaldas de espigas en ofrenda;
Quien llenó su deseo os daba tortas
Y después un panal su hija pequeña.
Yo he de inmolaros de mi establo un puerco
Si de nosotros apartáis las flechas,
Y mirtos llevaré, con traje blanco,
Coronada de mirto la cabeza.
Que otros combatan; que á enemigos Jefes
Venzan, queriendo Marte; sus proezas
Cuéntenme mientras bebo y con el vino
Tracen los campamentos en las mesas.
¿Quién loco al combatir la Muerte busca?
Ella á hurtadillas y en silencio llega.
No hay mieses en el Tártaro ni vides;
Cerbero y Carón solo; y por las negras
Lagunas, el cabello y rostro ardidos,
La turba de las ánimas en pena.

illic perscissisque genis ustoque capillo,
errat ad obscuros pallida turba lacus.
Quam potius laudandus hic est, quem prole parata
occupat in parva pigra senecta casa!
Ipse suas sectatur oves, at filius agnos,
et calidam fesso comparat uxor aquam.
Sic ego sim, liceatque caput candescere canis,
temporis et prisci facta referre senem.
Interea Pax arva colat. Pax candida primum
duxit araturos sub iuga curva boves:
pax aluit vites et sucos condidit uvae,
funderet ut nato testa paterna merum
pace bidens vomerque nitent; at tristia duri
militis in tenebris occupat arma situs.
Rusticus et lucoque vehit, male sobrius ipse,
uxorem plaustro progeniemque domum.
Sed Veneris tunc bella calent, scissosque capillos
femina perfractas conqueriturque fores:
flet teneras subtusa genas: sed victor et ipse
flet sibi dementes tam valuisse manus.
At lascivus Amor rixae mala verba ministrat,
inter et iratum lentus utrumque sedet.
A, lapis est ferrumque, suam quicumque puellam
verberat; e caelo deripit ille deos.
Sit satis e membris tenuem rescindere vestem,
sit satis ornatus dissoluisse comae,



Es más digno de loa el que envejece
De su prole cercado; sus ovejas
Él custodia y sus hijos los corderos,
Y la esposa su baño le calienta.
Viva así yo y contar viejas historias
Pueda, blanca de canas, mi cabeza.
La Paz cultive el campo. Bajo el yugo
La Paz enseñó al buey á arar la tierra;
Ella crió la vid y guardó el vino
Para el hijo en las ánforas paternas.
Que el azadón y los arados brillen
Mientras reina la Paz; que en las tinieblas
Cubra el moho las armas del soldado
Y lleve sobre el carro, de la selva
Á la casa, la esposa y la progenie,
El labrador á quien el vino alegra.
Venus la guerra encienda: que la amada
Lamente la fractura de sus puertas
Y sus luengos cabellos destrozados,
Y heridas, llore sus mejillas tiernas.
Llore también el vencedor que fuertes
Sus locas manos en la lucha fueran,
Y Amor lascivo, entre los dos sentado,
Los ultrajes les dicte, en la contienda.
Quien le pega á su niña es ¡ay! de hierro,
De los dioses merece el anatema.
Basta la cabellera despeinarle,
Romper sus ropas y llorar hacerla.

sit lacrimas movisse satis: quater ille beatus
quo tenera irato flere puella potest.
Sed manibus qui saevus erit, scutumque sudemque
is gerat et miti sit procul a Venere.
At nobis, Pax alma, veni spicamque teneto,
perfluat et pomis candidus ante sinus.



¡Feliz quien á su amada, por su enojo,
Verter hace una lágrima sincera!
Lleven lanzas y escudos los crüeles,
Mas que lejos estén de Venus tierna.
Ven, alma Paz, trayendo tus espigas;
Frutos tu seno á nuestras plantas vierta.